politura artificium? trama adiumentum!
Qua porro mirabili ipse specus concameratur
architectura? contra frigora quanto vallo sit?
quanta irrumpentibus ventis firmitas et
munimentum? Telis tamen quandoque ruptura
incidit, qua vigilans et parata advertit?
scissa qua industria refecit, abolita quo
studio restaurat? Verum et texendi mercedem
consequitur, dum locustarum catulos telis irre-
titos cum omni theatrali spectaculo venatur,
apprehendit, et apprehensis saginatur. Huc
inquam vos Mendici volate, araneam con-
templamini, hic discite sortis disciplinam.
Si ad apum alveare vel formicarum struem
vos misissem, fortassis vel earum penuria,
vel nimia abhinc distantia praetendere
potuissetis. Nunc vero nihil opponere, nihil
praetexere vos posse reor, hoste n. magistros
non ut in locis dissitis quaeratis, necesse est,
quia vobiscum et fortassis non exiguam earum
copiam in aedibus vestris habetis. Appetente
hieme, inquit Aesopi fabula, frumentum in
areolam ad solem trahebat formica; videns
id cicada, accurrit, rogitat granum. At formica
cur non, inquit, et tu meo exemplo tradis, quod
cumque potes, ubi audis acervus. St, dum toto-
rondasti, tu cantas, et otio vacas, merito esuris.
Hanc divinam paraenesim vos Mendici ab aranea